



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Munere Concionandi, Exhortandi, Catechizandi - Continens non tantùm
praecepta ad artem concionandi descendam accomodata, sed etiam Ideas
& Conceptus praticos pro Concionibus in Festis B. V. & SS. Dedicationis,
Patrocinij, Novi Anni, Paschatis, Parasceves; item in Primitiis Sacerdotum,

...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Alij Conceptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48347](#)

cinium hoc eo fervore & alacritate peragite , ac si hodie pium hoc templum ædificatum , & sanctus N. in Patronum vobis assignatus esset. Date ergo operam , ut supra explicita capita tantò ferventius erga ipsum observetis , quam plura ex illorum observatione commoda jure merito potest sperare. Sic ille quoque vicissim omnia Patroni erga vos officia sedulò implebit , & tam vos , quām Domesticos vestros Pecora , & agros ita custodiet , ut vitam vestram feliciter Christianè transfigere , ac claudere , & cum eodem jucundum Festum in omnem æternitatem celebrare possitis. Amen.

Alii Conceptus.

I. Potest etiam non inutiliter Patronus Templi Salvaguardiæ , ut vocamus , comparari. Et 1. quidem benefici hujus magnitudo ostendi , tum ex dignitate & affectu illius qui dedit talem Salvaguardiam ; tum ex qualitatibus illius qui datus est , quòd nempe posse ob robur extraordinarium i DEO concessum : sciat ob miseras nostras , & modum juvandi in & per DEUM cognitas ; & velit defendere eos , qui culti diae suæ sunt commissi , utpote quos velut Fratres & Cohædes summè diligit : Tum ex fine , propter quem datur talis Salvaguardia , scilicet ut à fævissimo hoste corporis & animæ interitum moliente , & bonis temporalibus atque æternis privare fatagente per eam defendamur. In 2. parte ostendatur quæ vicissim à Parochianis obsequia tali Salvaguardiæ praestari debeant ; videlicet 1. ut cum magna benevolentia , gaudióque suscipiatur , in Patronum eligatur , promptiusque ad obsequia animus ostendatur. 2. Ut nihil committatur quo graviter offendì queat. 3. Ut Victus quotidianus ei diligenter offeratur , id est , certæ preces quotidie ad ejus honorem recitentur (mirè enim Sanctos demeretur modica , sed fervens & constans oratio , ut patet in milite flagitioli quotidie unicam salutationem Angelicam recitante , & quatuor decim annis à Dœmonis sub servi forma eidem servientis insidiantis machinationibus defensi) sed & ipsa opera nostra quotidiana post DEI , Christi , & B. V. gloriam ad ipsius honorem ordinentur. 4. Ut subinde gratior ei recreatio vel convivium instituatur , id est , Festus ipsi dies vel alias confessione , Communione , meditatione de ipsius vita , recitatione

Officii

Officii divini aut aliarum precum, generosaque sui victoria
in quoconque genere celebretur. 5. Ut periculo imminen-
te cum magna fiducia invocetur, & in aliis quoque necessita-
tibus consilium, auxiliūque illius frequenter expetatur. 6.
Ut agnoscantur beneficia ipsius grato animo, ipsæque etiam
gratias frequenter, immo quotidie persolvantur.

II. Potest ex occasione illorum Verborum 2. Mach. 15.
*Hic est Fratrum amator, & Populi Israël : hic est, qui multum
orat pro Populo, & universa sancta civitate : Patronus Tem-
pli Advocato in bonum totius Parochiæ constituto compara-
ri. Et 1. ostendi, quām præclarus & potens sit Advocatus ;
tum quia DEI, apud quem pro nobis intercedere debet, sum-
mus, summēque dilectus amicus est : tum quia merita sua
præclara velut potentissima motiva & argumenta affert: tum
quia Clientes suos singulariter diligit, illorūque causas non
aliter, ac si propriæ forent, in Curia cœlesti pertractat : tum
quia modico paucorum obsequiorum salario contentus est.
2. Potest ostendi, quid Auditores erga talēm Advocatum ob-
servare debeant, videlicet, ut magnam de ipso estimationem
& fiduciā habent : Ut causas suas & necessitates ipsi fideliter
explicant, & commendent : ut quoconque exitu sint con-
tent, & si non obtineant, quod petunt, non desistant à fidu-
cia erga ipsum concepia, sed credant, se melius quid impe-
trasse : Ut salarium debiti cultus diligenter ac fideliter suo
tempore persolvant, gratiasque etiam ore tenus crebrò & fer-
venter agant.*

III. Potest etiam ex occasione thematis : *Ite ad Ioseph,*
*¶, quidquid ipse vobis dixerit, facite: Gen. 41. Patronus Tem-
pli, Pro-Regi summi Regis, id est, DEI comparari. Et 1.
ostendi, quomodo respectu totius Parochiæ perinde Prorex
a DEO sit constitutus, sicut Joseph toti Ægypto præpositus
est; & quod proinde eadem fidelitate ac providentiâ alimen-
ta necessaria sit provisurus, quā Josephus Ægypto prospexit.
2. Pariter ostendi potest, quod sicut olim Pharaon ijs, qui fru-
mentum perebant, dixit : *Ite ad Ioseph &c.* ita & DEUS modò
velit, ut in suis necessitatibus Parochiani ad hunc suum Pa-
tronum configiant, &, quidquid ipse dixerit, faciant. 3.
Ostendatur, quid ipse potissimum dicat, & præcipiat, nimi-
tum id, quod olim Josephus Ægyptiis Gen. 47. dixit: *Quin-**

ram partem Regi dabitis (nempe gloriam & honorem, de quibus dixit: Gloriam meam alteri non dabo) quatuor reliquias permitto vobis in sementem &c. Excitentur proinde, ut iustae & propitiæ DEI voluntati pareant, ad hunc Proregem cum magna fiducia confugiant, & quintam suorum laborum & fructuum partem, id est, gloriam DEO fideliter offerant reliquias quatuor, id est, necessaria ad corporis & animæ festinationem tanto liberalius accipere mereantur juxta illud Ecclesiæ in Hymno Corporis Christi: Sic nos tu visita, sumus colimus.

IV. Potest ex occasione illorum verborum Tob. 5. p. 19.
& inquire tibi aliquem fidelem virum, qui est tecum salvo mercede sua: Ductori comparati. Et 1. ostendi, quod omnes hac in vita Peregrini sumus, & exules ad Patriam nostram tendentes. 2. Pariter ostendi potest, quam periculorum, & acceptus sit hoc iter, quamque adeo merito bono & fido Ductor opus habeamus. 3. Probari potest, quomodo omnes bona Ductoris qualitates Patronus Templi continet, præcipue quod viam nobis ad Patriam nostram non tam verbis, quam factis præeundo ostendat, id quod aliquot celebriorum facinorum narratione confirmari potest. 4. Ostendi potest, quam mercedem petat pro sua hac charitate, eam scilicet, quam olim Raphaël ab utroque Tobia c. 12. petijit dicent: Benedicite D E V M, & narrate mirabilia eius. Excitentur proinde Auditores, ut diligenter inspiciant vestigia hujus Ductoris sui, eisque intrepidè succedant, & petitam ab eo mercedem fideliter offerant.

V. Potest ex occasione sententiæ à DEO olim ad Moyensem prolatæ Exod. 25. Aspice, & fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est: ostendi, quod DEUS Patronum Templi Parochianis velut exemplar vitae recte instituendæ propoluit. Unde breviter narrari potest vita illius, simùlque ostendi, quomodo eum in præcipuis virtutibus & actionibus imitari debeant, quamque hæc imitatio ipsi quidem Patrona grata, Parochianis vero honorifica, utilisque sit futura.

VI. Potest dici, esse quosdam Doctores ejus opinionis, quod quibusdam Sanctis ex speciali favore duo Angeli Custodes sint dati. Quidquid autem sit de veritate hujus sententiæ, adhuc tamen in alio sensu verissimè affirmari posse, dico cuivis

cuius Homini in certa Parochia degenti Custodes esse concessos, Angelum scilicet, & Hominem, illum videlicet Sanctum, qui, uti Templi, ita & omnium Parochianorum Patronus & Custos est, unde sicut, teste S. Bernardo in Ps. Qui habitat, mira dignatio & verè magna dilectio charitatis est, quod Angelis suis mandaverit, ut custodiant Homines in omnibus viis, ita similis quoque estimatio beneficij illius, quo alterum nobis Custodem, Patronum videlicet Templi attribuit, concipienda est. Deinde verò sicut SS. Angelis Custodibus idem S. Bernardus jubet tria officia seu obsequia exhiberi, reverentiam scilicet pro praesentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia, ita hæc eadem etiam erga S. Patronum Templi observanda sunt, id quod copiosius partim ex cit. S. Bernardi sermoné, partim ex natura singulorum horum obsequiorum demonstrandum est.

C A P U T V I .

Quomodo Conciones in primitiis Neomystarum institui debeant.

Thema.

Simile est Regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Matth. 12.

Scopus.

Dignitas & officium Sacerdotis Explicanda; Et quid à Laicis ipsi debeatur, ostendendum.

Syllogismus principalis.

Dignitas summa requirit in possidente magnum virtutum apparatus, & in aliis magnam Reverentiam; At qui Sacerdotis dignitas est summa, Ergo &c.

E X O R D I U M .

Dum hodiernam festivitatem considero, omnia videntur nuptiis simillima; nam sponsus est Christus, sponsa anima Sacerdotis, choraules Angeli, Hospites SS. Trinitas & Calices cum hominibus praesentibus, Convivium Eucharistia, salutis de Laico in clericalem statum, de infima ad summam di-

Q 5

gnita-